

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 10 : De Aeolo](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 10 : De Aeolo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[107\] : De Aeolo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 10 : De AEolo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 11 : D'Æole](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 10 : D'Aeole](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination250r°-251v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Éole](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

tudo cum Diuos singularim in auxilium petit eas flammâs esse illos Diuos ad quorum nomina euauerint. alii, qui rem altius ueligare uoluerunt, inter quos fuit Xenophanes, crediderunt spectra quædam propter timorem mortalium oculis sese offerre, tanquam somnia senum ægrotantium. Quid enim prohibet in magna animorum trepidatione sensus quoq; mirificè perturbari, & prodigiola quædam monstra apparere? nam turbatorum sensuum comices sunt plerumque horrende & admirabiles res uisæ. Ego sane nihil horum esse putauerim, sed vapores quosdam in ignes pertennes ex ære concretos, qui suapte natura summa petunt malorum & antemnarum; quippe cum eorundem uis sint aliquando, quot fuerunt nauigia, at non duo tantum. nam si essent spectra solum, quæ pro sensuum perturbationibus apparerent, illud necessario sequeretur, ut non solum aliis minores, aliis maiores ignes apparerent; aliis plures, aliis pauciores; sed etiam pro affectis corporibus & dominantibus humoribus, aliis ignes ardentes, aliis armati homines & dimicantes, aliis bellæ horribiles & admirandis formis viderentur; quoniam ita laborantibus, & male affectis corporibus hæc videntur in somnis, & aliquando nihilominus vigilantibus. illi igitur ignes cum gemini apparent, exhaustam propè concretam tempestatum materiam significant; cum unus fuerit ignis, nondum concretam; cum plures, maximam superesse copiam. Isti ignes si densissimus aer, & vaporibus plenus extiterit, ob frequentiam condensatæ materiæ, fugantur ad Helena, quæ non, nisi ex abundantia ingenti confurgit vaporum. Dicti sunt Castor & Pollux in Deos relati ob beneficium, quæ in homines contulerunt, cum multos sceleratos homines de medio sustulerint; & in eos populos, quos subiugauerant, singulari clementia sint usi. Quo autem pacto per hæc mores hominum corrigere conati sunt antiqui? beneficentiam, & liberalitatem in omnes, & propinquorum præcipue concordiam diis gratissimam esse demonstrarunt, quæ ad has virtutes per hanc fabulam nos horrabatur. at nunc de Aeolo.

De Aeolo. Cap. X.

A Eolus, ventorum imperator, vel potius ut quidam putarunt, quæstor, Hippotez filius fuit, ut innuit Quid. in epist. Leandri. Parce precor, facilemque moue moderatius auram; Imperet Hippotades sic tibi triste nihil. Sic Apollon. lib. 4. Argonaut.

Aeolum Hippotez filium clarum.

Matrem Aeolo fuisse Meneclam Hylli Lyparentis filiam memorix prodidit Euthydemus Atheniensis in libro de Saisamentis; at Eudoxus Cnidius in libro secundo de ambitu terræ Ligyam Actoris Carystii filiam matrem Aeoli fuisse mullæ, quamuis dixerunt nonnulli non enim tantum Hippotez filium fuisse Aeolum uocatum eo nomine, sed etiam filium Hellæ cuiusdam Iouis nepotem. omnia tamen quæ dicuntur de Aeolis ad unum Hippotez filium referuntur. Non defuerunt, qui Iouis filium putauerint. habitauit Aeolus in una ex illis septem insulis, quæ de illius nomine dictæ fuerunt Aeolæ, atque illa Strongyle nominabatur, ut ait Str. lib. 6. fuerunt omnes illæ insulæ sub imperio Aeoli; atque Strongyle dicta est à rotunditate, quæ

R r r a Didyma

Mythologia

Dilyma etiam dicebatur. dicta est & Lipara pinguis, & ab igne scattente Ther-
missa, & Euonyme sinistra, quia nauigantibus e Lipara in Siciliam sinistra ap-
paret, & ab arbutis Ericusa & Phenicusa, & Hieta sacra. alii hanc, alii Li-
param ob scattentium flammatum frequentiam Vulcani officinam esse dixe-
runt. Scriptum reliquit Pycheas in ambitu terrae consueuisse antiquos: ru-
de & illaboratum ferrum ibi deponere, & mercedem siue ensis, siue securis,
siue rei alius, quam vellent, nominantes, deinde illam die crastina acceden-
tes solitos accipere. alii tñ Rhegii Italix imperasse maouerunt. Hunc Aeolus
ventorum moderatorem & quastorem nominauit. Hom. lib. 1. Odyss.

10

Quastorem statuit ventorum Iupiter illum,
Cum libet vt sedet ventos, & concitet idem.

Atque vniversam Aeoli potestatem descripsit Virg. lib. 1. Aeneid. in his;
hic vasto rex Aeolus antro

Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinculis, & carcere frangat.

20

Sic etiam Dionysius de Situ orbis;

Post hanc Aeolix sunt insulae in xquore, Regis
Aeoli Hippotadae, peregrinis regis amici.
Aeoli adest mirum cui diuum munere donum:
Ventorum imperium, seu perflent, siue quiescant.
Sunt illi septem dictae cognomine plotae.

30

Dicuntur sex filii ac totide filix fuisse Aeoli, inter quos Magnes, Aethlius,
Iocastus, Arne, Phorax: neque plura nomina filiorum Aeoli me legisse me-
mini Hippotadae. at aliorum Aeolorum fuerunt, Macareus, Athamas, Si-
sypus, Misenus, Iphiclus, Salmoneus, Cephalus, Criteus, Alcione, Cana-
ce. vocati sunt. autem venti Thracii, quod e Thracia spirare putarentur:
fuit enim Dionysophanis sententia quod specus esset in Thracia, e quo
erumperent, venti, vnde fabulati sunt postea ventorum in Thracia esse domi-
cilium, vnde ait Hom. lib. 2. Iliad.

Treiciis Borcas, Zephyrusque fremebat ab oris.

Et Horat. lib. primo Carm.

40

Iam venis comites quae mare temperant,
Impellunt animae linteae Thraciae.

Tot sunt ea, quae de Aeolo tradita sunt ab antiquis: nunc quae ratio illos co-
pulerit ad has fabulas fingendas inquiramus. Memorix igitur prodidit Isa-
cius Aeolum hominem fuisse astronomiae peritissimum, & illam scientiam
praecipue exerceuisse, quae pertinet ad naturam ventorum, vt prodesset nau-
gantibus. Praedicebat igitur vel cum sol tauro propinquaret exempli gratia,
quae maris futura esset tempestas, aut quae benignitas caeli, & quo die, quae
diei hora: vel quandiu perduraret Zephyrus, si talis aut talis spiraret; aut
si alius

si alius ventus sub exortum Canis, aut alterius signi celestis exoriretur, aut etiam diebus creticis quintis scilicet, septimis, & aliis huiusmodi ab ortu seruat. Ea de causa effectum est, vt illum ventorum esse Regem dicerent, sicut Amaclidem, & Protoelem, & Protocreontem dixit Orpheus: hi enim quos vellent ventos, dicebantur in virem includere, & rursus emittere, quos vellent spirare. Scriptum reliquit Serabo libro primo Aeolum dictum fuisse regem ventorum, quia per fluxum ac refluxum aquarum cum habitaret in locis asperrimis & difficillimis nauigantibus futuræ tempestatis ac surgentium ventorum signa multo ante prædixerit, quæ cum ad prædictum tempus euenirent, credidit vulgus mortalium ventos esse in Aeoli potestate, quos 10
 pollet, cum liberet, emittere. Videbatur enim admirabile quidpiam ac prope diuinum, posse venturas temporum mutationes multo ante prævideri. Id tamen fieri posse comprobauit Thales Milesius, vbi anni fertilitatem & copiam oliuarum in futurum annum præuidisset, vt ait Diog. Laertius in eius vita. Magna est omnino vis ac prope diuina sapientiæ non solum in prædicendis rebus futuris, sed etiam iis faciendis, quæ nullo humano ingenio fieri posse videbantur. Veruntamen cum pauci sint omnino sapientes, multique haberi cupiant, cum sapientes male imitentur, vel conuitiis etiã insectentur sapientiores, idcirco effectum est, vt illa falso dicta putentur ab Empedocle, & non sine risu ab insulis audiantur, in quibus ille diuinam vim sa 20
 pientiz ita explicauit;

*ἄνεμος ἀκαίματος ἀίμαρ φίλος, οὐδ' ἐστὶ γαῖαν
 ἰπρίμονι ἀναῖσι καταφρονέουσι ἀρίστῳ.
 καὶ πάλιν οἷον ἔθλητα, ἀλλήλοισα ἀνίσταται ἰσάβῳ.
 ἔπειτα δ' ἔλθῃσι κλάστοι κρήνη ἀνέμοιο
 ἀδρήνοιο, ἔπειτα δὲ καὶ ἔλθῃσι δὲ γῆσι.
 ἔπειτα δὲ δίδωσι καταφρονέουσι μίση ἀδρήσι.*

Placabis ventos, qui terras flamine verrunt
 Omnia vastantes rursus, si forte libebit,
 Flamina confurgent: pluuiz pellentur ab agris.
 Cum fuerint nimix, induces & rursus easdem
 Silibeat: pronas sittes & fluminis vndas.
 Tartareis animas idem reuocabis ab umbris.
 Lucida parebit sophiz vis ætheris alti.

Verum hæc narratio ad historiam pertinet. quod attinet ad mores, Aeolus est vir sapiens qui ira moderatur pro opportunitate temporum, & presentium negotiorum; quando nunc simulare itam, nunc dissimulare vtilissimū est: id autem putatur ventos refrænare & emittere cum libuerit. Hæc autē varietas morum Aeolo nomen dedit. sunt omnes sanè affectus vtiliter hominibus ab ipsa natura concessi, quippe cum ira non mediocriter conferat ad corrigendos mores, si nimium non incaluerit; quæ si nullā esset, omnem iniquitatem æquo animo aliquando ferremus, neque tam studiose damna ad nobis propulsaremus. Sed omnium rerum vtilis est mediocritas, & omnibus adhibenda moderatio, quæ si nulla extiterit, tunc pessima est ira omnium animi affectuum, & in furorem denique conuertitur. Sic autem nos ventorum Aeoli iram expressimus, cui nisi in principio quis resisterit, mox tanquam cæcus ad multa parum decora rapitur, vt est in lib. 4. Venationum;

non mulcent dulcia verba
 Syluestres animos, nullasq; admittitur illis
 Orator; laxa furisq; vagantur habenis.
 Ut grauis Aeolio cum ventus proflit antro
 Totus in arua furens, & sylvas sternit opacas,
 Flaminibus rapidis immensus in urmurat æther.
 Tum neq; veliuola puppes, nequæ nubila cœli
 Contra stare valent, conuoluens omnia secum
 Viribus Hippotadæ nullis frenator: & illum
 Non tenet imperium Regis: nil audit, ac vnus
 Est cordi fragor, & strages, & murmur, & iræ.

10
 Aeolum igitur Regem, sine rationem oportet his motibus animorum imperare: siquidem qui iræ non imperauerit, ille iræ, non sine poenitentia potest, seruiat necesse est. Deinde ista ficta fuerunt illa etiam de causa ab antiquis, quia demonstrare volebant nihil sine diuina prouidentia contingere, cum ventis et rerum fluxum leuissimi & maxime inconstantes suum habeant moderatorem. Alii putarunt per hæc incitatos fuisse nauigantes ad percipiendam naturam ventorum & tempestatum, cum possent omnes multo ante hæc significare & intelligere, quorum signa nonnulla præuia sint tempestatum, qualia sunt ea, quæ scriptis Aræti & Theophrastus de signis aquarum & ventorum. At nunc de Borea dicamus.

De Borea,

Cap. XI.

30
 Boreas autem e quibus parentibus ortus sit, fabularum inuentores, non tradiderunt, quod ego legerim, nisi quod in Thracia habuerit domicilium. Fabulati sunt antiqui Orithyiam Erechthei Athenarum Regis filiam virginem fuisse forma præstantissimam, quam cum Boreas colligentem flores iuxta fontem Cephissæ vidisset, eius amore incensus illam rapuit, & in Thraciam deportauit, veluti scriptum fuit a Chérilo. Alii dixerunt apud Illisum celeberrimum Atticæ fluiuium raptam fuisse ludentem cum cæteris virginibus, ut ait in Atticis Paus. quod etiam testatur Dionysius in situ orbis;

40
 Cecropis est tellus supra Isthmum solis ad ortum,
 Illisus per quam diuino flumine fertur,
 Vnde tulit Boreas raptam grauis Orithyiam.
 Scripsit Ouid. lib. 6. Metam. Orithyiam fuisse in regionem Ciconum deportatam, & ibi celebratas nuptias Boreæ, & geminos peperisse filios, ut est in his;
 Nec prius æræi cursus suppressit habenas:
 Quam Ciconum tenuit populos & moenia raptor.
 Illic & gelidi coniux Actæa tyranni,
 Et genitrix facta est partus enixa gemellos.
 Simonides tamen poeta non ab Illisso, sed a Brilisso raptam fuisse Orithyiam putauit.